

NvK an Francesco Malipiero, den venezianischen Hauptmann zu Cadore. Er weist den Protest gegen die Anordnungen des Hauptmanns zu Buchenstein, Ludwig Sparenberger, zurück, da dieser den Einwohnern von Caprile zu Recht die Nutzung der zu Andraz gehörigen Weiden und Wälder untersagt habe. Strittige Besitzansprüche sollen bei einem künftigen Treffen geklärt werden.

Entwurf: Brixen, DA, HRR I f. 271^r Nr. 810.

Druck: Hausmann, Brixner Briefbuch 47f. Nr. 68.

Regest: Sinnacher, Beiträge VI 378.

Ern.: Hofer, Neustift 69; Baum, Eine Denkschrift 100.

Spectabili et egregio amico dilecto domino Francisco Malipetro, capitaneo Cadubrii.

Spectabilis et egregie amice dilecte. Constitutus coram nobis fidelis noster dilectus Ludovicus Sparnberger¹⁾, capitaneus castris nostri Andracii, scripta vestra eidem super quodam precepto hominibus communitatis Cafrili per eum facto, ne sub certa pena in certis pratis, pasculis et nemore pascolare, arbores secare et incisas remove debent etc., transmissa et nobis ostensa intelleximus.²⁾ Qui quidem capitaneus noster allegavit huiusmodi preceptum se bene et ex debito potuisse et debuisse interponere et facere debere, quia huiusmodi prata, pasqua cum nemore in iurisdictione castris nostri Andracii, prout de hoc satis informatus sit, constituta existunt. Quare amicitiam vestram rogamus, ut prefatis hominibus demandare velitis, ne contra preceptum prelibatum in dictis pratis, pasculis pascolare et ligna in nemore secare et abducere presumant nec quoquomodo se intromittant. Credimus enim amicitiam vestram a subditis iurisdictioni vestre, prout scriptis vestris predictis sentimus, non bene fore informatam. Nam inviti vellemus illustri dominacioni Veneciarum et subditis eius in iuribus suis per nos aut nostros gravari, quod etiam nobis et nostris ab ipso dominio et subditis eius fieri confidimus. Si autem ex parte dicti domini vestri et subditorum eiusdem aliquid iuris in prefatis pratis, pasculis aut nemore pretendatis habere, contenti sumus aliquos pro parte nostra ad certam diem nobis per vos maturo tempore intimandam mittere, vobiscum super differentiis huiusmodi de amicabile compositione et concordia, ut nostri et vestri subditi tamquam vicini, prout decet, amice mutuo vivere valeant, pertracturos. Datum Brixine, ultima die mensis iunii anno etc. Liii^{ci}o.

Nicolaus cardinalis sancti Petri ad vincula etc., episcopus Brixinensis.

1 Spectabili – Cadubrii: *unter dem Entwurf*. | dilecto domino: *ü.d.Z.* 2 Spectabilis: *folgt gestr.* amico. egregie: *folgt gestr.* vir. 4 Cafrili: *folgt gestr.* iurisdictioni vestre. | per – facto: *a.R.* | in: *folgt nochmals gestr.* in. 5 certis: *ü.d.Z.* | nemore: *folgt gestr.* vocatis Pian de Salla iurisdictioni Caprili. 6 transmissa: *folgt gestr.* intelleximus. 7 se: *ü.d.Z.* | et¹ – debito: *a.R.*; *ü.d.Z.* *getilgt* et debite. | debuisse: *folgt zweimal gestr.* facere. 8 Andracii: *folgt gestr.* constituta. 10 hominibus: *ü.d.Z.* *statt gestr.* vestris subditis. | velitis: *folgt gestr.* quod. 11 et abducere: *ü.d.Z.* *statt gestr.* quomodo intromittant. 12 subditis: *folgt gestr.* vestris. 13 bene: *folgt gestr.* forsan. 14 Veneciarum: *folgt gestr.* in iuri. | iuribus: *ü.d.Z.* *statt gestr.* iurisdictionibus. 15 et nostris: *ü.d.Z.* 16 et: *ü.d.Z.* *statt gestr.* aut. | et – eiusdem: *a.R.* | aliquid: *folgt gestr.* iurisdictionis seu. 17 prefatis: *ü.d.Z.* 18 vos: *folgt gestr.* intimandam. 20 tamquam: *em.* tamque. | pertracturos: *ü.d.Z.* 21 ultima die: *ü.d.Z.* iunii: *folgt gestr.* die pe.

1) S.a. Nr. 2791.

2) S.a. Nr. 3442.